

NICOLAUS DE VVACHENHEIM HEIDELBER-
gensis Theologus.



Nicolaus ille uir in diuinis scripturis eruditissi-
mus & in humanioribus literis utcunque in-
stitutus fuit. erat is insigni eloquentia, & excellenti
ingenio præditus. Itaque in Heidelbergensi Aca-
demia adhuc iuuenis sacrarum literarum professor
cōstitutus est. Ibi per annos ferè quinquaginta, do-
cendo, legendo, & disputando adeò sese exercuit,
ut omnium sententia princeps Theologorum ha-
beretur. fuit etiã apud principes Palatinos ob mo-
rum integritatem in magno pretio. scripsit is non
spernendæ lectionis opuscula, prout ea tempora
ferebant, nimirum quæstiones sententiarum, Colla-
tiones rerum, sermones & orationes cum alijs. flo-
ruit temporibus rudenti Cæsaris, anno millesimo quadringentesimo septua-

tuagesimo sexto. Trit.